

hic Petrocinus annis VII, mensibus V, dieb.
XXII, repositusque est in ecclesia Ursiana
in arca magna, et artificiose incisa, ubi
Corpus optimi Bonifacii de Lavania ar-
chiepiscopi requiescit, quae est juxta Al-
tare B. Apollinaris.

De Pileo

Archiepiscopo LXXXXIII

Pileus LXXXXIII. natione nobilis de Foro
Jubii ex progenie nobilium de Prata de
Castro pratense oriundus. Vir Grammati-
cus satis, sed in alia liberali scientia nul-
latenus fuit eruditus, vel juris canonici, vel
civilis, vir mendax, consumptor maximus.
Hic prius Paduanae ecclesiae fuit Episco-
pus, postmodum ad Ravennatem tran-
situm translatus ecclesiam, et demum
per Gregorium XI papam in ecclesiam
Romanam in Cardinalem assumptus.
Iste rogatus Jacobi de alpinis de Parma
Ravennatis ecclesiae Archidiaconi, et
aliorum, nostrae ecclesiae Ravennatis
officium vetustissimum removit; nullo
tamen Clerico refragante saltem pu-
blice, officiumque Romanae Curiae p